Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

blandiendo loquebatur.
¶ Quadam vice pauperibus bal
neatis strauit et uelum
nobilem quo domus ad
ornari solet cupit. cum
quo eos tergens taliter
est locuta. Quam bonum no
bis est quod dominum nostrum sic
balneamus et tegimus. Et
ancilla inquit. Bene vobis
est. cum huiusmodi nescio si
aliis sic est. ¶ Quandam
et fetidissimam leprosam
plenam ulceribus et sanie
in hospitali parauit quam
quilibet a longe uidens ab
horruit. quam beata Elyza
beth lauabat. tegebat et
medicamentis fouebat. et
se prosternens coram illa cor
rigias calciamentorum sol
uebat. ungues manuum
et pedum eius abscidit. et
manu faciem eius ulcero
sam tangebat. et penitus
est sanata. ¶ Item beata
Elyzabeth sepius egrotabat.
et iacens in lecto lanam
filabat. linum filare ne
sciebat. et quandam telam de ma
nibus eius ancilla ut esset per
fectior rapiebat. sed ne om
nino ociosa esset. lanam

ad futuros labores trahe
bat. Ipsa dicebat. Ecce quod
uita sororum despectissima est.
et ideo hanc elegi. Offere
bat etiam ad altare denarios.
quos de labore manuum
acquirebat. ¶ Accidit
autem ut rex Ungarie pater
eius mitteret comitem nomine
Pauiam cum multo comitatu
ut reuocaret ad terram suam
filiam. Audierat namque quod
quasi mendica solacio esset
destituta. et ueniens ad
oppidum Marchburch. idem
comes inuenit eam sedentem
ad colum et nere. et pre ammi
ratione se benedicens di
cebat. Numquam filia re
gis plus uisa est lanam
filare. Et modis omnibus
paupertatem affectans eum
consilium non poterat indu
ci. ut cum nunciis patris ad
terram natiuitatis rediret.
Et pallium ipsius griseum
quod breue fuit. alterius panni
colore prolongatum habebat.
¶ Iste tempore hyemis quamuis
quia uestes sufficientes
non habuit. inter duas cul
citras super neutram tamen iacens
se locabat dicens. Ego